

THESIVM IN AVGVRALIVM
PARS MATHEMATICO - PHYSICA

1785, 2.
QVAM
DEO JUVANTE
RECTORE UNIVERSITATIS EBERHARDINÆ CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO DVCE
AC DOMINO

DOMINO
CAROLO
DVCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIAE REGNANTE

REL. REL.

PRAESIDE
CHRISTOPH. FRID. PFLEIDERER

UNIVERSITATIS ET COLLEGII ILLVSTRIS PROFESSORE PHYSICES
ET MATHESEOS PVBL. ORD.

PRO CONSEQUENDO GRADV MAGISTERII
PVBLICE DEFENDENT

D. SEPT. MDCCLXXXV.

H. ET L. CONS.

CANDIDATI LAVRÆ SECUNDÆ.

TUBINGÆ
LITTERIS SCHRAMMIANIS.



THEATRUM ORBIS TERRARUM
EX CAVENDISHIANA LIBRARY
PRINTED IN LONDON
BY JAMES MELLOR
FOR THE AUTHOR
1747

ARMOURER'S MARK
ARMOURER'S MARK



I.

Solidam principiorum Geometriæ meditationem comprobant, & attentionem omnino merentur, quæ de notione superficie planæ & contra demonstrationes Euclideas propositionum 1. 2. 3. L. XI. Elem. monet Cel. Schultz in Sect. II. scripti 1784. editi, sub titulo: *Entdeckte Theorie der Parallelen*; pag. 118 — 127.

II.

Superficiem tum vocat planam: quando quælibet recta, a superficie puncto quovis ducta ad aliud ejus punctum quodcumque, tota in superficie jacet. Eandem definitionem, ut magis distinctam, vulgari Euclideæ substituit Rob. Simson in versione sua Anglica Elementorum; p. 1. 290. Eodemque fere modo definitionem Euclideanam vulgarem explicat Clavius (Eucl. Elem. T. I. p. 6.)

III.

Definitioni Cl. Schultz duo adjungit postulata; quæ contra leges methodi rigorosæ desiderari in Elem. Eucl. monet. Priori ejusdemque consecutariis postulat: superficiem planam agi posse ab recta quacunque per quodlibet punctum extra ipsam; adeoque etiam per tria quævis puncta non in directum sita: proinde tam crura cujuslibet anguli rectilinei, quam tria cujusvis trianguli rectilinei latera semper jacere in eodem plano. Altero postulat: planum quodlibet quaquaverlus posse continue produci.

IV.

Postulatis duo subnectit axiomata. Priori, quod, utut absolute necessarium, in Elem. Eucl. tamen desiderari monet, afferitur: per rectam

atque per punctum extra ipsam non agi possit nisi unam superficiem planam; seu positionem plani, quaquaversum continue producti, per rectam punctumque extra eam determinari. Quare

1^o. etiam per tria puncta non in directum sita, porro per duo anguli rectilinei crura, pariterque per trianguli rectilinei tria latera nonnisi unum planum agi possit:

2^o. duo plana continue producta non sint nisi unum idemque, si alterutrius plani tria puncta non in directum sita in plano altero afflantur:

3^o. duo plana diversa non aliam quam rectam lineam, nec nisi unam, communem habere possint; adeoque duorum planorum intersectio non possit esse nisi unica recta.

Altero axiome sumitur: lineam rectam non posse partim jacere in plano aliquo, partim extra illud: proinde si recta finita, in plano aliquo sita, producatur, productam jacere in eodem plano; & duas rectas, quae se invicem secant, semper jacere in uno eodemque plano.

V.

Possibilitatem superficieis planaribus ab Euclide neque demonstrari (quod nec fieri possit), neque postulari (quod legitime liceat) notat Cl. Schultz in scholio, quod postulato suo priori adjunxit p. 119. sqq. In quo consentientem habet Cel. Hindenburg (*Leipz. Mag. 3tes Stück für 1781. S. 371.*)

VI.

Hoc & ab rigore methodi, & ab more Euclidi alias solenni alienum esse jure assertur: nisi quidem superficieis planaribus eadem heic statui ratio, ac superficieis generatim; vel postulatio possibilitatis superficieis planaribus, ejusque circa datum quodvis punctum ad distantiam quamvis quaquaversum extensae, tertio L. I. Elem. postulato simul comprehensa intelligi possit.

VII.

Cel. Schultzii postulatum 1^{mum}, praeter generalem plani possibilitatem, complectitur specialem situs illius determinationem hanc, ut per quamvis rectam & per quodvis extra eam punctum agi superficies plana possit.

possit. Sed concessa plani possibilitate, nominatim etiam possibilitatem gyrandi illud circa rectam duo ejus puncta jungentem, donec tangat tertium quodvis aliud punctum, postulare æque non necessarium videtur; ac principio congruentia postulatum præmittere, posse ex. gr. duorum triangulorum, qualia sunt, de quibus tractat I. 4. unum alteri applicari. Idem censuisse ex demonstrationibus suis propositionum 1. 2. L.XI. judicandus est Rob. Simson l. c. p. 191.

VIII.

^{2^{da}} Cel. Schultzii axioma idem proponit, quod XI, 1. Hanc autem alieno sic exhiberi loco, cum in ipsis Geometriæ planæ primordiis jam supponatur; & demonstrationem ejus principium petere contendit Schultzius in annotatione eidem axiomati subnexa, p. 125. sqq.

IX.

Verum L. I. & sqq. Elem. Eucl. propositiones sine dubio ad figuræ tantum planas, rectasque in eodem plano ductas pertinent; ubi etiam expresse ad illas non restringuntur. Complures absque hac restrictione subintellecta falsæ forent: ex. gr. L. I. Ax. 11. Prop. 7. 14. 27. 28. L. III. Prop. 5. Pariter igitur determinate de possibiliitate rectam lineam finitam continue in directum producendi in plano per terminos ipsius transeunte, quod propositionis vel problematis conditiones assignant, intelligendum videtur L. I. Post. 2: quam possibilitatem notiones communes lineæ rectæ ac superficie planæ utique concedunt, & sequentes Geometriæ planæ usus solam exigunt; Clavii autem demonstratio (l. c. T. II. p. 389.), quæ petitionis principii jure ab Schultzio (l. c. p. 126.) arguitur, omnino haud evincit.

X.

Propositionum 1. 2. L. XI. Elem. demonstrationes, quæ vulgo, nec uno tenore, traduntur, procul dubio rem non conficiunt. Earum, quas Græca exemplaria habent, errores, ipsiusque enunciati XI, 2. in parte posteriori vitium notavit Rob. Simson l. c. p. 339. sq. Quas Cl. Schultz p. 119. 125. allegat demonstrationes, inventi in Henrionis versione Gallica Elementorum, p. 498.

Nihil autem esse video, quod desiderari possit in demonstrationibus, quas proponit Rob. Simson l. c. p. 191. Propositioni 11^{ma} Libri I. annexo (p. 14.) corollario, quo ope hujus problematis ac defin. 10. ostendit: duas rectas, in eodem sitas plano, segmentum commune habere non posse; ita instruit demonstrationem XI, 1: si fieri possit, sit (vid. fig. Verf. German. Lorenz. p. 268.) recta ABC pars AB in plano, & pars BC extra illud. Cum recta AB in plano sit; poterit in hoc produci (L. I. Post. 2.) Producatur in eo ad D usque: & gyretur planum circa rectam AD in ipso sitam, donec tangat punctum C . Cum nunc puncta B , C sint in hoc plano; in eodem erit recta BC (L. I. Def. 7.) Proinde duas rectas ABC , ABD in eodem plano habebunt segmentum commune AB : quod fieri nequit. (I, 11. Coroll.)

XI, 2. autem ita demonstrat & enunciatur. Transeat planum quodcunque per rectam EB (vid. fig. l. c.): &, quoad necesse est productum, gyretur circa rectam EB , donec tangat punctum C . Tum in hoc plano erit recta EC (L. I. Def. 7.); quoniam puncta E , C in ipso sunt. Ex eadem ratione in eodem plano est recta BC . Atque EB in illo est per hypothesin. Quare tres rectae EB , EC , CB sunt in uno eodemque plano. In eodem autem plano, in quo sunt EB , EC , pariter sunt AB , CD (XI, 1.) Itaque AB , CD sunt in uno eodemque plano. Proinde duas rectas, quae se invicem secant, in uno sunt plano: pariterque tres rectae, quae sibi mutuo occurrunt, in uno plano sunt.

XI.

^{I^{ma}} Axioma Cel. Schultzii ejusque consequentia propositione 3^{ta} L. XI Elem. vel expresse, vel implicite continentur. Cum igitur Euclidea hujus demonstratio legitima sit; etiam si vim ejus non satis accurate in quibusdam Elementorum editionibus, nominatum quoque in versione Germanica Lorenziana, exprimi fit concedendum: axioma illud pariter superfluum est; & contra leges methodi assumeretur, quæ plura, quam stricte necesse est, axiomata constituere vetant.

XII.

Quando Phisica ad inquireendas phænomenorum naturæ rationes, præcipue ad doctrinas de elementis corporum magis minusve simpli- cibus, eorumque in se mutuis actionibus, tradendas ita restringitur; ut

ut calculi ac mensuræ ulteriores ad Matheſin applicatam ſeortim traectandam remittantur (*Karſtens kurzer Entw. der Naturwiff.* §. 14.), nec niſi primæ harum ſcientiarum phyſico - mathematicarum notiones fundamentalis propositioſesque experimentales in Phyſicam fuſcipiantur (Ejusd. *Anleitung zur gemeinnützl. Kenntn. der Natur* §. 12.): niſium neſligi videtur expositio atque commendatio ejus Matheſeos in traectanda Phyſica uſus, quo certitudo cauſarum comparatione effectuum iplarum cum mensuris effectuum obſervatorum, quantum fieri potest, accurata exploratur atque ſtabilitur.

XIII.

Quæ de notione, legibus & investigatione explicationis attractionis ſeu gravitatis universalis in nota ad §. 113. *Physics Erxlebenianæ* p. 86. ſqq. diſſerit Cel. Lichtenberg; ſtatuum arduæ hujus quæſitionis phyſicæ exaēte definiunt. Certe, quod ad tertium ejus momentum attinet, rationes ab ipſo Cel. *Erxleben*. §. 110, aliæque ab aliis haētenus allatæ, gravitatem ab impulſu mechanico derivari nullatenus poſſe, quod l. c. §. 112. afferitur, haud evincunt.

XIV.

§. 91. p. 85. *Elem. Physics ill. Karſten.* Galilaeo in fraudem Hugenii niſium tribuitur. Mensuræ autem universalis conſtituendæ excogitata ratio, quæ ibidem Hugenio tribuitur, ab ipſomet. (*Horol. Oſſill.* p. 180. Opp. T. I.) Societati regiae Anglicanæ; ab D. Hooke (*Philof. Experim. and Obſerv.* p. 390.) nominatim Christoph. Wrenno adſcribitur. Neque tunc nullam adhuc de varia in diverſis terræ regionib⁹ longitudine penduli ſecunda indicantis conceptam ſuilleiſiſionem aſſerere permittunt, quæ ex libro Picarti de mensura telluris 1671. edito refert Cel. *De la Lande Aſtron.* T. III. §. 2656.

XV.

Vi experimentorum D. Bianconi (*Hamburg. Mag. XVI. B.* S. 476. ff.) celeritas ſoni æſtate & hieme eadem non eſt (ad *Karſtens Naturlehre* §. 323.)

XVI.

Diverſa radiorum lucis refrangibilitas faſtum, non hypothesis eſt (ad *Karſtens Naturlehre* §. 391.)

XVII.

XVII.

Ad divisionem corporum in idioëlectrica & anelectrica tuendam sufficere haud videtur discriminem, quod experimenta inter, quibus corpora solida ad duas istas classes referri solita per atritum electrica reddantur, intercedere urget Cel. van Swinden (*Recueil de Mem. sur l'analogie de l'électr. & du magnet.* T. I. p. 22. sq.)

XVIII.

Quod de *Frankliniana* hypothesi dicitur §. 505. *Phys. Karsten.* repugnat §. 499. Quæ vero ibidem *Nolletianæ* explicationi adscribi videtur determinata præcilio, in ea potiori jure omnino desideratur.

XIX.

Enunciatum generale, quo actio atmosphærarum, quæ dicuntur, electricarum initio §. 499. *Phys. Karsten.* definitur, penitus exactum non est.

XX.

Uti experimentis eodem §. 499. *Phys. Karsten.* recentis similibus que actio corporis actu electrici in vicinum non electricum vel pariter actu electricum; sic vicissim experimento, quod §. 542. d. p. 499. sq. *Phys. Erxleben.* a Cel. Lichtenberg exponitur, reactio hujus in illud comprobari, simplicissime concipi videtur.

XXI.

Hujus reactionis simul habita ratione, evanescere videtur difficultas propensa sub finem §. 501. *Phys. Karsten.*

XXII.

Certe hypothesis duarum materiarum huic aliisque difficultatibus, quæ Franklinianam maxime premunt, nec ipsa penitus feliciusve satisfacit.



Tübingen, Diss.) 1783/88



f5b



THESIVM INAUGVRALIVM
PARS MATHEMATICO - PHYSICA

QVAM
DEO JVVANTE
RECTORE UNIVERSITATIS EBERHARDINÆ CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO DVCE
AC DOMINO
DOMINO

C A R O L O



E ET TECCIÆ REGNANTE

L. REL.

Æ S I D E

RID. PFLEIDERER

ILLVSTRIS PROFESSORE PHYSICES
SEOS PVBL. ORD.

GRADV MAGISTERII

DEFENDENT

T. MDCCLXXXV.

L. CONS.

AVREÆ SECVNDÆ.

BINGÆ
SCHRAMMIANIS.